



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebvs Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiae, 1605

Amplissimo Clarissimoqve Viro Christophoro Ab Assonleville Regiæ
Catholicæ Maiestatis in Belgio, Primario Senatori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](#)

VL
isato.
prope
ad nos
nonun
sumus
ruēdis
Paris
itata,
er au
India
gionis
ius eō
éra ad
a aliis
tenet,
am, v
biā
uidam
onza
ii duo
us de
. Qui
us in
mon
re, vi
antū,
de pe
airan
aturā
s ope
blicis
istrat
atet.
a me
ipuas
scen
orales
uis &
ndis,
LIS:

AMPLISSIMO^o
CLARISSIMOQUE VIRO
CHRISTOPHORO
AB ASSONLEVILLE REGIÆ
CATHOLICAE MAIESTA
TIS IN BELGIO, PRI
MARIO SENATORI.

N hoc senescentis labentisq; ecclesiae
euo, quando per totum planeterra
rum orbem, iniquitate inuale scen
te, multorum refrigerescit caritas, ni
hil esse arbitror, Amplissime Do
mine, quod ad stabiliendam in no
bis auitam & orthodoxam fidem plus adferat momē
ti, atque illa diuinarum prædictionum de orbis uni
uersi nationibus & regnis, non ad Caluinianam, Lu
theranam, aut Anabaptisticam perfidiam; sed ad hāc
eandem, quam à maioribus acceptam, Dei beneficio,
sib; uno Pastore supremo Rom. Pontifice inconcussam
retinemus fidem traducendis, constans & succeden
tium sibi mutuo temporum serie continuata impletio.
Nempe huc illa Prophetarum pertinent in diuinis
expressa scripturis oracula. Isa. 49. Parum est mihi
ut seruus mihi sis ad fascitandas tribus Iacob; & ad
fæces Israël conuertendas: ecce dedit te in lucem gen
itum,

tium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Et
 quod interiectis paucis idem subiicit Vates: Ecce isti
 de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari,
 & isti de terra Australi: Laudate caeli, & exultet ter-
 ra: iubilate montes laudem, quia consolatus est Do-
 minus populu suu. Huc & illa Regi Prophetæ pro-
 necitate ecclesia deprecantis pertinet oratio: Psal. 70.
 Deus docuisti me à iuuentute mea, & usque nunc pro-
 nunciabo mirabilitua. Et usque in senectam & se-
 niu; Deus ne derelinquas me. Donec annuntiæ brachii
 tuum generationi omni que ventura est. Ad omnem
 profectò generatione, quæ ubivis terrarū sita est, eu-
 gelii debuit prædicatio penetrare; ut gētiū plenitudo
 intraret. Quod dum fieri iam & in barbararum na-
 tionum ad Christi ecclesiam vocatione impleri cōspi-
 cimus; ex ista diuinarum promissionū infallibiliveri-
 tate, non secus aduersus omnem fluctuationem in Ro-
 mana & Apostolica fide roboramur, atque olim docti-
 sum Augustinum in Catholicæ & Romanae fidei
 professione retinuit populorum & gentium diuersissi-
 marum confusio; retinuit autoritas, miraculis in-
 choata, spe nutrita, caritate aucta, vetustate firmata;
 retinuit ipsum Catholicæ Ecclesiae nomen; retinuit ad
 extremum illa ab ipsa sede Petri Apostoli usque ad
 temporis illius Episcopatum continua successio Sa-
 cerdotum. Laudandus proinde zelus est & indefessus
 labor eorum, qui ex Societate nominis IESV ad poten-
 tissimas atque amplissimas Indorum Iaponiorūq; re-
 giones ad Apostolicae legationis obeundū munus able-
 gati

gati, longè maximā in Romanā, hoc est in orthodoxā
& Catholicā, Christi Ecclesiam inuexerunt segetē: nec
tantū populos multos, ad spirante illis Dei gratia, sed
Reges etiā & regna integra ad Christianismū & ad eā-
dē nobiscū ecclesiastici corporis cōpagem adduxerunt.
Quo numero illi cū primis Iaponici Reges sunt habēdi,
qui ante pauculos annos ad Tertiūdecimū Gregorium,
per lōgissimos itineris tractus, emissis Legatis, Pōtifi-
ci Maximo Romanēq; Ecclesiae in Amplissimo Illu-
strissimorum Cardinaliū & viriusq; ordinis Procerū
cōfessu, obedientiā publicē præstiterūt. Horū hic breuē
& historicā edimus narrationem, adiectis epistolis va-
riis, quæ de illorū in Iaponiā reuersione, & de ea quæ
ad fidē Catholicā interim facta est accessione, ac demū
de illius gētis moribus & inolitis quibus ante veri Dei
cultū imbuti erant superstitionibus, ab illis Societatis
IESV Sacerdotibus, qui in Euāgeliō illic laborāt, scri-
ptæ & accepta nuperrimè fuerūt. Quæ omnia à R. P.
Oliuerio Mannaræo, Societatis IESV in Belgio Pro-
vinciali Præposito, in lucem edere iussus, eius etiā hor-
atatu, clarissimæ Amplitud. tuæ nuncupo; ad eā quæ ex
fide est edificationem, tuæ in primis Amplitud. deinde
verò ceteris omnibus qui ea lecturi sunt, haud dubie
profutura. Quod reliquū est Ampliss. clariss. Domine,
Deū opt. max. oro, ut tua Amplitu. Belgio huic nostro,
multis nominibus infelici atq; attrito, diu intolumen
seruare dignetur. Louanio, 11. Cal. Marias, 1593.

Clariss. Amplitud. tuæ obseruantiss.

HENRICVS CVYCKIVS.